

## DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol 76

Super. ff. nouo:	li.	xij
Super. ff. infortiati:	li.	xiiij
Consilia multa:	li.	j

Alia insuper non pauca præter hæc edidit: quæ ad noticiam meam non uenerunt.  
Claruit sub Alberto imperatore: Anno domini Millesimo. CCC.

**I**ohannes Duns: natione scotus: ordinis fratrum minorum: Alexandri alen/sis anglici quondam Parisius auditor: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in philosophia aristotelica doctissimus: & adeo profundus ut eius scripta paucis sint penetrabilia: & ob id quoque minus usitata. Edidit quædam instructa uolumina: quibus non me suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus extant:

Super sententias:	li.	iiij	Cupiètes. Circa prologum.
Quodlibeta quoque:	li.	j	Cunctæ res difficiles ait.
De cognitione dei:	li.	j	Quia summa nobis cognitio.
In metaphysicâ quæstiones:	li.	j	
Sermones de tempore:	li.	j	Erunt signa & c. In hoc etiam:
Sermones de sanctis:	li.	j	

Commentarios in euangelium & apostolum scripsisse dicitur: aliosque uarios composuisse tractatus: qui ad noticiam meam non uenerunt. Moritur temporibus Alberti imperatoris: Anno domini Millesimo. CCC. VIII. Indictione sexta: Coloniae apud minores sepultus.

**F**imon monachus Hassligemense, ordinis sancti Benedicti: uir in diuinis scripturis studiosissimus & eruditus: ingenio subtilis & clarus eloquio: consilium diuini legislatoris nostri Benedicti: quo monachus diuinas scripturas amare iubetur: ita conuertit in practicam: ut nihil dulcius in hac uita fuerit: quam sacras literas legere: & sanctorum patrum opuscula sedulo studio reuoluere. Abbreuiauit

Moralia Gregorij papæ:	li.	x
In Cantica scripsit sermones:	li.	j
Uisionem cuiusdam conuersi:	li.	j
Sermones plures:	li.	j
Epistolas etiam ad diuersos:	li.	j

Et alia plura.

Collegit etiam excerpta de sermonibus beati Gregorij papæ in Ezechielem. De collationibus quoque sanctorum patrum: ex Richardo sancti Victoris de duodecim patriarchis & contemplatione: & ex uarijs uaria non spernenda.

**P**etrus de bella parthica: natione Burgundus: uir in iure tam ciuili quam canonico peritissimus: ingenio subtilis & acutus: atque in disputandis enodandisque dubijs & quæstionibus iuris promptissimus: scripsit in legibus multa præclara uolumina: quibus nominis sui memoriam ad posteros transmisit. De quibus ista feruntur:

Super Codice:	li.	ix
Super Instituti:	li.	iiij
Super. ff. ueteri:	li.	xxiiij
Super. ff. nouo.	li.	xij
Super. ff. infortiati:	li.	xiiij
Centum disputationum:	li.	j

Consilia plura:  
Et quædam alia.

Claruit eodem tempore quo Dinus mugelanus sub Alberto imperatore & Bonifacio papa octauo: Anno domini Millesimo. CCC.